R Vesontione 29. Aug. 65. 103 234

227

Illustrissime Domine.

Lubentibus animis et abunde quidem gratulata est nuper Arausio tuum adventum, nec satis ut videbatur festis clamoribus tam salutari genio applaudere potuit, qui diem, qui pacem, qui vitam, qui elapsam postliminio fœlicitatem, singulis et universis in hoc principis Serenissimi nostri Dominio restituere studuit; nempe si beatas fore respublicas pridem Sophus atheniis pronunciavit cum ab eruditis hominibus administrarentur, qualis quantaque fœlicitas sub inde exorta est, cum tua luce tota haec regio de repente circumfulsit, quae inter tot tenebras non minori sidere quam Lucifero indigebat, quod prudentissima apud christianissimum Regem legatione Ludovicum, ad plene serenissimo nepoti principi nostro faciendum aeque fortiter ac suaviter impulerit, quod amabilibus colloquiis omnes dilectissimi principis subditos refecerit, quod

utrique caveamus diligenter, ne indigni videamur, quos in fidem quasi deditios accipias, et benevolentiâ complectaris; neque committemus unquam, ut nullum erga te praetermittamus officium, at cum exploratum nobis abunde sit, quae tibi debemus, ea longè, multumque superare quicquid pro tenuitate nostrâ conabimur, restat ut votis omnibus hoc a numine contendamus te scilicet virum Illustrissimum, tuamque tam nobilem, quam quae maxime familiam ut in dies magis, magisque fortunet, nobisque det, unde principi possimus approbare officium, et fidem constantissimam, cuius tanquam praes factus es, tibique aperire gratum, et minimè obliviosum animum; ac dum in omnem nostri huius studii significandi occasionem, quandiu vita suppetet imminebimus, ea

© British Library
Add MS 22953, f. 227-228
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6462

mirabili eloquio omnium animos absque tumultu sibi conciliare
sciens foret, sic venisti, vidisti, et vicisti. omnia (vir maxime) et
quamquam plenus omni scientiarum genere animus, quolibet scribendi
quovis loquendi genere seria festivaque exhibeat, cunctis non immerito
tot congestas opes stupentibus, nihilominus ne quid cumulatae erudi=
-tioni desit ad publicam ingenii tui commendationem, quasi Lutetiae Pari=
-siorum orbis universi miracula spectasse, non satis foret, adiectas
Arausioni circumquaque regiones lustrare collibitum est, sic apud
vicinos voltas in amphiteatro Nemausensi, ponteque vallio Romana
superba mole substructiones, sic apud Salios provinciales memorabilem
paenitentis Magdalenae ~~Cryptam~~ Cryptam, et pretiosa beati corporis
lipsana oculis contueri gratum fuit; et quod maxime in praesenti
gratulamur, nostram etiam qualiscumque urbs est patriam, officiosus
hospes adire non es gravatus. civitas est Carpentoractum, a mille et
ducentis annis celebri praesulum concilio famosa, episcopio divite
dotata, circumfusa agrorum collium que varietate, mirum quantum
suavis, venascensis comitatus caput, et ut ex ipso Carpentoracti
agnomine conijcere licet, urbs olim ita nobilis ut quomodo Roma
lecticis augustioribus quirites sic nostri indigenae carpentis divitibus
per nostras plateas vectari se alias iuberent, at enim pretiosum
habet in principe templo, quo maxime gloriatur depositum: sacer
est Dominicae Crucis clavus; quem a maioribus acceptum diligenter
Carpentoractensis [asseruat] Ecclesia, quoniam quidem tale tantumque sacrae
antiquitatis monumentum propius intueri concessum est, ad suaviores
animi tui delitias, (vir eruditissime) curiosam super tam spectabili

argumento studioru
tui hoc saltem me
impense addictus
animus. Vale Ce

Domi

© British Library
Add MS 22953, f. 227-228
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6462

...mos absque tumultu sibi conciliare
...sti, et vicisti; omnia (vir maxime) et
...ntiarum genere animus, quolibet scribendi
... festivaque exhibeat, cunctis non immerito
...s, nihilominus ne quid cumulatae eruditi=
...i hi commendationem, quasi lucubratio pari=
...a spectasse, non satis foret, adiectas
...siones lustrare collibitum est, sic apud
... Nemausensi, ponteque et aliis Romana
...ic apud Salios provinciales memorabilem
...am cryptam, et pretiosa beati corporis
...um fuit; et quod maxime in praesenti
...qualiscumque urbs est patriam, officiosus
... civitas est Carpentoractum, a mille et
...rum concilio famosa, Episcopio divite
...tiumque varietate, mirum quantum
... caput, et ut ex ipso Carpentoracti
...ts olim ita nobilis ut quomodo Roma
... sic nostri indigenae Carpentis divitibus
... alias viberent, at enim pretiosum
... maxime gloriatur depositum: sacer
...quem a maioribus acceptum diligenter
...iam quidem tale tantumque sacra
...pius intueri concessum est, ad suavioris
...issimae) curiosam super tam spectabili

argumento studiorum meorum diatribem, offerendam tibi censui ut
levi hoc saltem meae erga te observantiae testimonio exhiberem, quam
impense addictus sit meae erga nos benevolentiae patris filiique
animus. Vale Carpentoracti. XIV Kalend. Septembris CIƆ.IƆC.LXV

Dominationis tuae Illustrissimae

Obsequentissimus et addictissimus
servus.
D. Cohiratt

Sept. ... 1665

... caveamus diligenter, ne indigni videamur, quos in fidem
quasi dediticios accipias, et benevolentiâ complectaris; neque
committemus unquam, ut nullum erga te praetermittamus officium,
at cùm exploratum nobis abundè sit, quae tibi debemus, ea longè,
multùmque superare quicquid pro tenuitate nostrâ conabimur,
restat ut votis omnibus hoc a numine contendamus te scilicet virum
Illustrissimum, tuamque tam nobilem, quam quae maximè familiam
ut in dies magis, magisque fortunet, nobisque det, unde principi
possimus approbare officium, et fidem constantissimam, cuius
tanquam praes factus es, tibique aperire gratum, et minimè
obliviosum animum; ac dum in omnem nostri huius studii
significandi occasionem, quandiu vita suppetet imminebimus, ea

© British Library
Add MS 22953, f. 227-228
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/6462